

**D**annis mür-  
 mellij Kuremundēsis Danegy-  
 ricon, in preconiū illustrissimi  
 principis Erici Monasteriēsis  
 ecclesie episcopi.

¶ Odesapphica eiusdē de vita diui Ludgeri.

¶ Eiusdē in preconiū Petri Rauennatis sylvia integritati resti-  
 tuta, quom in pozi editione omissis viginti q̄q̄ versibus, chalcog-  
 graphorū incuria sit fede mutilata.

¶ In Beanum epigramma

Barbarus. in triujs animo grassatus agresti.  
 Efferus. in cornu gramen utroq̄ gerit  
 Aspera fons. toruiq̄ oculi. setosaq̄ barba  
 Nasus aduncus. olax horridulusq̄ caper  
 Uox quoq̄ verandum prefert alabandica monstrū  
 Sinescis. opus est impere. fiat homo.



Ad spectatissimū virū Joannē Eliū reuerēdissimū  
episcopi Monasteriensis ecclesie Cancellariū tene  
meritū Joānis Marmellij Ruremūdensis Elegidion

Salve preclaris virtutum laudibus Eli  
 Splendide germani gloria summa soli  
 Clarus es eloquio. nec te consultior extat  
 Juris. nec fidei plenior alter homo  
 Justicie sacras nullo tentabilis auro  
 Perpetua leges sedulitate colis  
 Arcani fidus custos. secretorū honesti  
 Equae pauperibus diuitibusq; faues  
 Dumanus. comis prudenti pectore. parci  
 Sermonis. populo principibusq; places  
 Te plebs nobilitasq; colit. te suspicit omnis  
 Ordo. tuus passim concelebratur honor  
 Hinc a secretis merito auricularius. hinc es  
 Archi grammatheus presulis eximij  
 In cuius celebrem quod scripsi carmen honorem  
 Excipe queso hilaro fronte panegyricon  
 Dispice. namq; tibi clemens aspirat Apollo.  
 Censura numeros iudicioq; tuo  
 Si forte indigni nimis editione videntur  
 Supprime. vel cupidis gratificare cocis  
 Sin autem indulgens censes tolerabile carmen  
 Pontifici detur tempore queso suo  
 Qui me cōmendes. nec munera querere dicas  
 Ulla. nec in laudes more Sathonis agi  
 Pierides nostre nolunt prostare lucello  
 Das satis egregij principis aura iuuat  
 Gaudebunt. si se non displicuisse videbunt  
 Auriculis grauium pectoribusq; virum

¶ Ad reuerendissimū in Christo patrē. illustrissimūq; p̄ncipē  
ex ducib; Saronie. Angarie. ⁊ Uestphalie Ericū Monasteriēsis  
ecclie pontificē delectū. ⁊ auctoritate aplicā firmatū celebrissimo cla-  
rissimoz p̄cerū militūq; comitatu Monasteriēsem urbē Uestpha-  
lie metropolim in p̄mis opulentā magnificēter ingredientē Joānis  
Murmelli Ruremundensis Panegyricon.

**P** Rincipis eximij. fausto quē sidere nuper  
Miro consensu populi. gaudente senatu  
Lota Monasteri sibi sacrum ecclesia patrem  
Pontificemque cooptauit. resonante camena  
Nitimur ex multis paucas perstringere laudes  
Spiritus a lme dei. celsō qui missus olympo  
Diuini cetus rectorumq; virozum  
Enthea multijugis decorasti pectora linguis  
Suggere celestis dulcem mihi nectaris haustum  
Quo valeam facili ceptos absoluerē cantus  
Eloquio. ⁊ dignam musis emitte chartam  
Unde petenda mihi nunc sunt primordia tante  
Tam varieg; rei: suspensum copia laudum  
Me tenet. ac dubiam non fert requiescere mentem  
Sic sterit Alcinous lentis incertus in hortis  
Quod genus eligeret pomorū. qua sibi primum  
Luxuriantis agri decerperet arbore fruges  
Sic ⁊ in hercynia dubius subsistere sylua  
Lignator: solet. vt ramos hinc inde frequenter  
Conspicit. ⁊ primū que robora diruat. heret  
Nec tua preteream clarissime stemmata presyl  
Admoneor Lucelibro. qui magna seneci  
Uatis Joannis scribens preconia. sacram  
Principio ponit stirpem. claroq; parentes  
Optima ex liquidis oriuntur flumina semper  
Fontibus. egregij generosa ex arbore fructus  
Proueniunt. fortem prestantia pectora prolem  
Progenerare solent. virtus laudata frequenter  
Maiozum vocat ingenuos ad pulchra nepotes

Et numeris opera aonijs celebranda per orbem  
Sic et Alexandri pellicis fama Philippi  
Ad duros alto superandos corde labores  
Et pyrriui eacide decus inflamauit Achillis  
Ad iouis Elei quondam certamina corpus  
Non licuit cuiquam nudare cupidine palme  
Nisi prius excultis sese natalibus ortum  
Atque vacare suum genus omni late doceret  
Tanti stemma fuit preclarum et honesta propago  
Qualis Erici tibi locus. et quam splendida constet  
Lota domus. nouit fons nobilitatis. et omni  
Bellozum genere illustris Germania et armis  
Unde per Europam profuxit copia regum  
Magnorumque ducum. validis qui romula vertis  
Sceptra tenent. qui Parthenopes dominantur in agris  
Auriferoque Tago. prediuitibusque Britannis  
Quos rerum dominos mutata tempore lingua  
Desperie metuunt gentes et gallia triplex  
Quicquid enim ferme nunc usquam nobile floret  
Externos inter populos sub federe Christi  
Se de Teutonicis oriundum predicat oris  
India gignit ebur. citrum Maurusia tellus  
Attica mel. Libye fruges. campania vinum  
Lydia fert aurum. palmetis diues Idume  
Sunt Arabes letis gemmis et odoribus. era  
Delus habet. Chalybes ferrum. Chaldens atomum  
Palladios Sparte latices. pia tura Sabei  
Herculeas Tyrii conchas. dant mollia Seres  
Uellera. dant vitulos Itali. catulosque Molossi  
Proceros fortis que viros Germania mittit  
Nobilibus natos patribus. qui maria tractent  
Arma. nec afflictis unquam succubere rebus  
Nec soleant letis nimium fidere. verum

Fortuitos alto contemnere pectore casus  
Iusticie fideiq; nihil preponere. nullo  
Munere corumpi. vitam possferre pudori  
Lumpnimis autem Germanis inclycia terris  
Saxonie domus antiquo se nomine profert  
Ex qua prelustres nimium. belloq; potentes  
Innumeri proceres caput exeruere decorum  
Non secus ac quondam cauto fabricatus Ep'o  
Durateus summissit equus generosa viroꝝum  
Agmina. Troianos demolitura penateis  
Hinc delectores non solum Caesaris orti  
Sed reges etiam longe lateq; potiti  
Imperij rerum. rutili quos solis ab ortu  
Herculis ad celsas populi timuere columnas  
Inter quos memori non paruis laudibus aeuo  
Caesaris sceptris simul ⁊ virtutibus aucti  
Continua serie tres concelebꝝantur Othones  
Hinc ⁊ Ericæ tuū genus ac clarissima duci  
Stemmata nouerunt gentes. quas Rhenus ⁊ Albia  
Cornibus includunt. memorat celeberrima fama  
Est tibi Joannes pater. est de sanguine mater  
Brandeburgensi. mulier pietate. pudore.  
Iusticia prestans. pulchreꝝq; simillima matri  
Dorothea eximij fortunatissima natis  
Quorum nomen habes proau. de principe ductum  
(Ut perhibent) italo. cecidit. qui fortiter olim  
Quom Charoli magni ductu pugnaret in hostes  
Sanguine mercatus celum. de fratribus ille  
Nomine nō tantū sed ⁊ alto pectore Magnus  
Militiaꝝq; solum moderatur rite paternum  
Hic sacros canonas sublimi seruat in aede  
Petre trate tua gelidi prope flumina Rheni  
Romula qua studijs opibusq; Colonia floret

Præsul Joannes alius prenobilis vrbis  
Saxonie. quam Sunnopolim dixere vetusti  
Est foror ingenio. formaq; .z coniuge felix  
Persimilis fratrum. generoso stemmate digna  
Nunc maiora vocant nostram .z potiora camenam  
Quis sine disposite depicta per atria caerac  
Non multum profunt. nec carmina longa merentur  
Sunt tibi præclare dotes. sunt optime princeps  
Et sano .z pulchro spectate corpore vires  
Multijuge clarent virtutes pectore in vno  
Mitis inest grauitas suauis condita lepore  
Temperat illustris culti prudentia mores  
LORDIS. et ad superos tibi. sedula monstrat apertū  
Dux iter. amota misere caligine terre  
Hec suadet. nequid temere aggrediare. docetq;  
Omne opus ad verum recte conuertere finem  
Utilibus præferre monet mirandus honesta  
Iusticie splendor. cui nullum iure metallum  
Nullus erythro lecte de litore gemme  
Confertur candor. cui cedit Lucifer alnum  
Præueniens solem mutato nomine vesper  
Dortatur pietas. vt summo grata tonanti  
Vota feras supplex. .z sacras pronus ad aras  
Auctori famulere tuo. qui condidit orbis  
Immensam molem. cuius stant omnia nutu  
Fortis es et patiens. fortune victor. vtrosq;  
Despiciens casus. nec confidendo secundis  
Nec succubendo aduersis. quibus excita virtus  
Laudicat. vt fuluū splendescit ab ignibus aurum  
Assyrie validos palme deflectere ramos  
Impositi grauitas oneris nequit. illa renitens  
Aduersus molem superas exurgit in auras  
Dauid secus inuicta duro virtute labores

Acrius exuperas. nec turbine frangeris vilo  
Optima Socratice tibi dat moderatio vite  
Infamem vigili luxum repellere mente.  
Quod plerosq; capit pretento melle venenum  
Dulciter alliciens. verum latet intus amaror  
Horridus. anxietas semper satiesq; sequuntur  
Ut vulgo nubes. celsq; serena videntur  
Sic prenobilitum populis sunt facta virozum  
Nota. nec in tenebris obscurū principis illum  
Abstrusum ve latere potest opus. aedita semper  
Vita patet multis. procerūq; licentia parua est.  
Hoc animo voluens laudatis lumina turbe  
Instruis exemplis. sedos auertere mores  
Suetus. et obscene granibus compellere vite  
Lenturis homines pulchrum rationis ad vsus  
Sic emittur celi fauor et lucentis olympi  
Blosa. quom scelerū presul contagia vitat  
Castigans spurcos homines. terrūq; venenum  
E medio tollens. ne serpere latius ausit  
Abscindi gladio solet immedicabile vulnus  
Ne pars ledatur sincera. est pena latronū  
Pulchra hominū generi. turpe impunita relinquit  
Crimina. ni forsā iuri clementia prester  
Que superis aequat reges. et mitigat iram  
Nec sinit intacte maculari nomina fame  
Non minus egregios tua munificentia fructus  
Profert. insignis. inuitant premia laudes  
Accendantq; dati studium probitatis honores  
Cum primis doctos homines. viteq; probate  
Presbyteros. quorū pariter mens. lingua. manusq;  
Concordant. et amas. donisq; et honoribus auges  
Nimirum similes sapientia pectora mores  
Lconciliare solent. vite par cando; honeste

Jungit amicitiam soluendam tempore nullo  
Pierios etiam versus et carmina magui  
Lultra facis. grauibus dans premia digna poetis  
Securi studijs vt leta per ocia possint  
Inuigilare suis. et cantu clara viroꝝum  
Nomina maeonio terre subducere morti  
Quisquis agit recte. et laudem virtute meretur  
Diligit aonios vates sacramq; possum  
Factorum testes gaudens subiungere musas  
Magnus Alexander doctos. vt doctus. amauit  
Scriptores. qui quom tumulum spectaret Achillis  
O felix inquit iuuenis. quē nobile carmen  
Deoicq; tube canoz inuulgauit in omneis  
Terrarū fines. creuit tua gloria cantu  
Idem quom victor Cadm. a euerteret vltim  
Pindarice clemens domui generiq; pepercit  
Scipio qui latijs penum reuocauit ab ozis  
In libyam. et pilis domuit victricibus hostem  
Non sine castalijs exercuit arma camenis  
Suscepitq; vitum calabris in montibus ortum  
Qui tria corda tribus dixit sibi tradita linguis  
Pomprius ponti deuicto rege reuertens  
In patriam. Rhodias postq; venisset in arces  
Audiuit claros intento corde magistros  
Atq; professores. donoq; talenta viritim  
Singula distribuit. quod idem quoq; fecit Athenis  
Nobilis eloquio romani maximus auctor  
Julius imperij. lingua preclarus et armis  
Ingenuas arteis. medicinam. iura professos  
Romuleos fecit ciues. Augustus et ipse  
Calluit egregie sopheriam. cultissima scripsit  
Carmina. et etatis studiose pectora fouit  
Ingenuosa suae. rerum largitus abunde

Vergilio. et fidibus cecinit qui carmina. Flacc  
Prætereo multos. qui magna salaria doctis  
Constituere viris. dignis et honoribus artes  
Enutrire bonas. ad te generose reuertor  
Presul. auaricie pulsus qui sordibus omni  
Dulcia fers inopi solatia. tegmina nudis  
Ieiunio panes. sitibundis pocula donas  
Matris ad exemplū nostre telluris. in omnes  
Que gremio secundo homines alimenta ministrat  
Semper habes culto sacras in pectore leges  
Quas tulit intacta natus de virgine Christus  
A quo prolatum diuus memorabile Lucas  
Exemplum quodam nobis de diuite scripsit  
Insignis nimia capto dulcedine luxus  
Marmoræe magnis constabant sumptibus edes  
Pulchra renidebant varijs asarota figuris  
Et topijs vernabat humus. triclinia multo  
Delicias molleis redolebant candida cultu  
Dic maurasiacas sustentans telphica mensas  
Aurea gemmatis miscebat pocula vasis  
Illic formosi stantes ex ordine serui  
Nutum obseruabant intento lumine herilem  
Iose nitens bysso et rubicundo murice summas  
Quotidie spectabat opes. lautoq; paratu  
Phasiacas volucres prandebat. et anseris exta  
Undiq; questis epulis. quas redala tellus  
Quas mare. quasq; mari gignit sublimior aer  
Lazarus ante fores bullatas forte iacebat  
Tunc miser. hulceribus languens. macilentus. egenus.  
Esuriens. vili cuperet qui pallida victu  
Membra leuare sua. croceo nequire natantes  
Appeteret carnes. sed tantū crustula. micas  
Reliquias famulis spectas. at nulla miscellum

Resperit pietas hominū. ratione carentes  
Accessere canes. ⁊ linguis hūlcera lambunt  
Quęq; valent. mites inopi solatia prebent  
Nec tam dissimili dum conditione geruntur  
Mors eque spernens opulenta palatia regum  
Ac misere sordes plebis. subtraxit vtrūq;  
Viuorum numero. mutauit gaudia luctu  
Leticia fletum. meritis et digna rependit  
Premia rex superum. librato examine veri  
Ille quidem tyrio dudum spectabilis ostro  
fertur ad egregium stypato funere. tristi  
Lum gemitu tumultū. horrendi sed ditis in atro  
Spiritus eternas subijt mox carcere penas  
Unde procul spectans alta iam sede receptum  
Qui pannosus erat. putri qui tate fluebat  
Purpureo clarum cultu. nec corpore fedum  
Eriguam sicco mendicat gutture lympham.  
Duc meditans summis opibus dignissime princeps  
Longeris in celo thesauros. quos neq; fures  
Subripiant. nec tempus edat. non auferat hostis  
Dapsilis hospitibus conuiuia splendida pretes  
Que nec luxurie possint. nec iure notari  
Turpis auaricie. merito que preferat omnis  
Sane mentis homo Luculli in Apolline cenis  
Et Ptolomeorū mensis. patinisq; Vitelli  
Magnificęq; epulo. quod Lydus Pythius olim  
Exhibuit Terxi fuluo ditissimus auro  
Duc quicquid superest. mox in panaria ferri  
Distribuiq; iutes mendicis. sic solet ether  
Sic redimi modicis celestis gloria donis  
Usque adeo mores odisti semper iniquos  
Ut tibi gygeus vel si foret ille lapillo  
Conspicius. quem montani genere dracones.

Anulus. iniuste nil perpetrare liberet  
Quare letetur nunc divi ecclesia Pauli  
Tuta patrocínio. non infeliciter vsa  
Consijs scito clarorū corde viroꝝum  
Que sibi delegit pia per suffragia talem  
Pontificem concors. quom iam millesimus annus  
Quingentesimus octauus raperetur ab ortu  
Christi. luce fuit qua lectus apostolus olim  
Pontificem quē iam romani presulis alto  
Numine firmatū celebr comitatus. z armis  
Fulgentes proceres. z honesto stemmate clari  
Pulchrā in metropolim reducunt. edibus auctam  
Magnificis. et (quod prestantius esse putauit  
Jonia quondā sapiens super vrbē locutus)  
Ornatā virtute virū. probitate senatus  
Nāz domus remanent in eadē sede. nec vsquā  
Spectari possunt alibi. quā sunt vbi structe  
Atq; hominū pietas z culta videntur vbiq;  
Pectora. sunt patrie xcori. quocunq; locozum  
Pertigerint. ornant natalē laudibus vrbem  
Undiq; ad ingressum spectandi antistitis omnes  
Concurrant populi. quos Nestphala terra virozū  
Fertilis z pecudū fecundis nutrit in agris  
Excipiatur honorifice laudatus ab omni  
Ordine presul. z introeat feliciter edes  
Perfusas ciliq; croco dulciq; salerno  
Aula domus arabis oleat suffita vapores  
Necnō assyrio certatim fragret amomo  
Musica iucundo pariter symphonia cantu  
Concrepet. ac blanda remulceat aera voce  
Omnia pontifici gratentur. leta triumpho  
Plebs optet domino longeuū Nestoris annos  
Chalcidice senium vatis. placideq; tenozem

Perpetuum sortis felici fine quietum  
 Ipse bonus miti sic tractet episcopus arte  
 Saxoniam. Caucos. Phisios. ⁊ Uestphala rura  
 Angarie validas gentes. gelidoq; Sycambros  
 Finitimos Rheno. qua currit Amisius. et qua  
 Uisurgis Lupiasq; fluunt. piscosus ⁊ Basa  
 Qua sunt glandifere sylue. qua pascua leta  
 Qua fossis arces munita ⁊ turribus extant  
 Terra ferax frugum est. ⁊ ciuibus oppida plena  
 Corpore robustis. animo prudentibus. aptis  
 Bello tranquilleq; colentibus ocia pacis  
 Sic inquã regat hos populos terrasq; gubernet  
 Quattuor ut merito capiat cognomina regum  
 Ut magnus. pius. ⁊ patrie pater. optimus idem  
 Dicatur. charus celo ⁊ mortalibus eque.

¶ Panegyrici finis

**B** De vita diui Ludgeri ecclesie Monasteriensis  
 primi episcopi O de dicolos tetraastrophos con-  
 stans sapphico ⁊ adonio versiculis.

Arbito diui memorare vitam  
 Musa Ludgeri cupit. almae nostrum  
 Spiritus sacro calidum furore  
 Imbue pectus  
 Arce qui quondam datus ex olympi  
 Entheas mira pietate mentes  
 Proloqui Christum varie dedisti  
 Fulmine lingue  
 Nunctui nostram faciles camenam  
 Nuninis queso moderentur aures  
 Ne sub immensa numeris solutis  
 Mole fatiscat  
 Diuitis felix phrisse propago  
 Elara maiorum generosus alto  
 Lorde Ludgerus pietate vite  
 Stemmata vincit  
 Hoc decus mundo genuere dulci  
 Sorte Thirgitimus. sapidoque iusta

Melle liburgis nece liberata

Quom foret infans

Editum sacris fidei puellum

Imbui curant liquidoque fonte

Et deo soluant pia gratulantes

Vota parentes

Ut gradi cepit pariterque fari

Precoci sensu superavit annos

Et puer canos habuit probata

Indole mores

Mollis incautos iuuenes voluptas

Dulcibus crebro capit illecebris

Et solet vanis puerile duci

Lusibus eum

Regis hic regum famulus futurus

Sentium doctor pius et magister

Mystici verbi ingenio pudore

Turpia fugit

Improbos gestus inhonesta verba

Frigidas stulta lenitare nugas

Nobilis seculo cane peius odit

Pulsio et angue

Corrices suetus liquidis notare

Litteris almam tulit ad nutricem

Decit serua dedit et future

Omnia vite

Hinc ubi veros habuit libellos

Sedulo pulchras studiosus artes

Gratia fretus didicit docentis

Cuncta magistri

Ante Traiecti cathedram tenentis

Post et auditor fuit Alcuini

Nocte contentos minima britannos

Quom perisset

Inde traiectum diacon reuersus

Mox ubi mentem subiit cupido

Plura discendi reperit relictum

Naue magistrum

Luius ut rursus pia verba nouit

Atque doctrinam cupidus recepit

Auribus miro fuit vniuersis

Charus amore b i

Litteras sacras sitienter hausit  
Quicquid ex libris didicit sophorum  
Et poetarū numeris. ad illas

Rite rediit

Nec loqui solum grauiter suenit  
Sed probis verbis etiam piata  
Mente respondit. placidoq; sancte

Munere vite

Iritis frustra studijs laborat  
Qui dei cultu varijs omisso  
Rebus intendit. cupiens minacem

Nosse cometem

Ut quadraginta simul et duobus  
Mensibus mansit apud Alcuinū  
In suam pulchris patriā reuertit

Meribus auctus

Charus Albrico pietate mira  
Presuli. iussu properauit eius  
Ad fidem Christi renouare sacris

Pectora verbis

Qua sita est Dauentria nūc frequenti  
Ciuitas felix populo. scholaz  
Artium imprimis celebri bonarum

Emporioq;

Hic et euerlam manibus cruentis  
Saxonū fabre reparauit edem  
Et tuum digna Lebuine corpus

Sede locauit

Inde legatus phrisios in agros  
Fana destruxit. Venerē et Gradinum  
Mente Vulcani intrepida cremādos

Tradidit igni

In sacerdotū numerum relatus  
Landido Christū celebrauit ore  
Et rudem gentem pius erudiuit

Cultor iesu

At malus demon sua derelinquit  
Perferens egre sacra. concitauit  
Saxonū contra phrisios iniquo

Bella furore

Impijs passim violenter armis  
A fide recta populo retracto

Admodum tristi patriam reliquit  
 Pectore Ludger  
 Unde romanā venientē in vrbem  
 Pontifex leto placidoq; vultu  
 Summus excepit. pariterq; votis  
 Annuit eius  
 Quā pie sanctos monachos amaris  
 Integre captus probitate vite  
 Hoc cui norunt Benedicite fratres  
 Et Beneuentum  
 Daud diu virtus potuit latere  
 Gallie nam rex Charolus vocari  
 Nuncijs iussit sibi litterisq;  
 Laudibus auctum  
 Et sacerdotes canonū tenaces  
 Tradidit Christi famulo regendos  
 Quā fuit felix ouium perito  
 Utra magistro  
 Denuo missus phisias in oras  
 Gentibus prompsit sacra christiane  
 Legis. ⁊ pulso posuit tonanti  
 Demone templa  
 Somnio doctus populanda dixit  
 Post suā terre loca multa mortē  
 Patrie. verax pauido sorori  
 Pectore vates  
 Deinde suscepit Charolo iubente  
 Saxonū curā. quibus hoc in euo  
 Uestphalis nomen manet. ⁊ fideli  
 Mente subiuit  
 Dura gentili feritate corda  
 Mollijt plenis pietate verbis  
 Sicut Amphion modulis in vrbem  
 Sara coegit  
 Intulit lucem tenebris. reduxit  
 In viam errantes. animos piauit  
 Sordidis votis. docuit petendū  
 Limen olympi  
 Splendide quibus probitate vite  
 Pontifex esset. tamē arroganter  
 Noluic tantū sibi vendicare  
 Nomen onusq;

Landida tandem ratione victus  
Presulis partes et episcopalem  
Prospero fretus titulū capessit  
    Numine celi  
Dyphci quondā colere cantu  
Lum canū turba lepores fugaces  
Non ouis morsum timuit lupinū  
    Non equa gryphas  
Asperi montes rigideq; sylue  
Sunt lyre dulcis numeros secute  
Inclyto variis fluminj steterunt  
    Carminē capti  
Dicit acer presul fera mitigauit  
Mysicis verbis. inimica paci  
Reddidit. misit furias barathro  
    Meruit atroces  
Demonas longe pepulit. piata  
Lorda diuine bonitatis haustu  
Imbuuit. donans saliente verum  
    fonte nepenthes  
Abstulit diras vniusc; pestes  
Præmodū felix hominis sacerdos  
Secuo charū. populo stupendis  
    Prodidit actis  
Ad preces eius male parta fracto  
Uasculo multis patuere mella  
Laptus insueto saturat amicos  
    Tempore piscis  
Redditi cecis oculi. retenta  
Ulita damnatis fuit et premissis  
Rustico in tergū facies rigore  
    Flera perenni  
Sepe diuinis operatus aris  
Mente celestem patriam petiuit  
Tantus accenso pietate corde  
    Lauduit ardor  
Sylus Uerdene nimis ante vassa  
Lacta Ludgeri precibus repente  
Aream sacris dedit extruendis  
    Edibus aptam  
Stirpis celi validis procellis.  
Erure quercus tribuere fabris.

Affatim lignorum. vbi pisculens  
Rura vagatur  
Diuus antistes placidi nitore  
Intuens vultus noua tecta dixit  
In locis illis sua post humanum  
funera corpus  
Ut facultates patrias in vsum  
Pauperū partim dedit. atq; partim  
In sacras edes. sapiens ⁊ omni  
Laude refertus  
Incidit morbū. subiturus arcem  
Etheris. sed quo magis imbecillū  
Corpus. hoc mentis fuit acriori  
Robore virtus  
Inter effusa vigilanter hymnos  
Et preces liber celebri triumpho  
Spiritus sancti ⁊ petiuit alta  
Presulis astra  
Clara Sverfridus domini sacerdos  
Nocte ⁊ hac stellis Charolus serenū  
Lum suo intentus simul Alcuino  
Lumina vidit  
Obuiam diuo deus ipse factus  
Lum beatorū nitidis cateruis  
Et choris letis simul angelorum  
Praemia soluit  
Splendidū pulchris strophis lapillis  
Aureā summus pater ⁊ coronam  
Conculit ciui. ⁊ tyrio rubentem  
Maurice vestem  
Corpus extinctū redolens suauē  
Celsaris iussu prius impetrato  
Rite Verdenae fuit a sacro  
fratre sepultum  
Si velit miracula quis referre  
Quot deus mundo meritis beati  
Presulis fecit. memorare celi  
Sidera tentet  
Pergat hybleis apibus parare  
Cognitum certis numerū lapillis  
Pergat ⁊ verno numerare pulchros  
Tempore flores b iij

Prepotens huius populi patrone  
Sancte confessor Domini conantis  
Pontifex salue bone. que bicuspis  
Mitra coronat

Clericis. quorum tua laus in ore  
Trebza versatur. ser opem benignus  
Crescat vt virtus. procul z recedant  
Noxia queqz

Sit tuo ductu bona ciuitati  
Sors. z afflatus superum secundi  
Consulat recte in medium sagaci  
Corde senatus

Plebs sacerdotes amet. ac honoret  
Et litens iustos monitus sequatur  
Nulla tranquillã temerare pacem  
Ausit erinnys

¶ Finis huius odes

¶ Versus intercenticij

Eximias magni laudes celebrare patroni  
Certatim melico cantu studiosa iuuentus  
Pergat. vt hanc diuus Ludgerus protegat vrbem

**L** In p̄coniũ Petri Rauēnatis vtriusqz iuris. p̄fes  
sione z mirabili memoria clarissimi Sylua Joau  
nis Durmelliij Ruremundensis

Linus historie Latialis maximus auctor  
Lacteus eloquij quem fons decorauit ad vrbem  
Romuleam claro spectatos nomine quosdam  
Traxit ab herculeis fame splendore colūnis  
Res memoranda quidem. sed si modo vera fatemur  
Librantes iusto veras examine laudes  
Dicendum magis est. presens qđ conspicit etas  
Ingenijs felix etas. z secula prisca  
Indubij campum certaminis ausa vocare  
Vrbs est in Rhēni nunc florentissima ripa  
Inferior Bonna. supra turrata Nouesi *missa*

Menia. que quondam romana Colonia facta.  
Quom sceui mater nimis ambitiosa Neronis  
Ostentare suas externis gentibus illic  
Uellet opes. ⁊ natali dare nomina terre.  
Pretulit ausonia ductum cognomen ab vrbe  
Uocibus antiquis. ⁊ iura latina recepit.  
Dic olim scythicis imbellia castra sagittis  
Lesa puellarum superos petiere. cruore  
Uirgineo gelidi tepesacta fluminis vnda  
Irrubuit rhenus. sacroq; liquore tricornis  
Oceani tremulas perfudit in equore nymphas.  
Ducillata trium populis veneranda magorum  
Augusto Petri seruantur corpora templo,  
Duc etiam sophie quondam studiosa migrarunt  
Pectora. que totum longelateq; per orbem  
Diffudere bonas artes. ⁊ turbine pulso  
Perfidie. solido fundatam marmore Christi  
Muniere fidem. structis adamante columnis  
Magnus in hac. cuius laudes equare canendo  
Non potis est quisq;. Quis contendat Homerum  
Uincere carminibus. felici floruit vrbe  
Albertus. quo se germania iactat alumno  
Et sophie palmam claris detraxit Athenis  
Diuus in hac Tomas morum mirabilis. omni  
Pre lustris vita. docuit sanctissima queq;  
Discipulos. ⁊ iam confirmatura nepotes  
Condidit in totum dispersa volumina mundum  
Florant hoc etiam prestantes artibus euo  
Iugenuis. sophiaq; viri. quos indyta late  
Uicinas pridem fama inuulgauit in vrbes  
Hi sacros libros profitentur. ⁊ abdita vulgo  
Officia docte promunt mysteria lingue  
Illi prono varios medicamine morbos

Depellunt hominū membris. pars magna potentis  
Conscia iusticie. populisq; intenta regendis  
Et iuris nodos ⁊ legum enigmata soluit  
Sed veluti stellas occultat p̄hebus. ⁊ inter  
Lenta caput tollit gracilis viburna cupressus,  
Obscurat reliquos vnius gloria iuris  
Consultos. ⁊ sydereum contingit olympum  
Egregie cello doctrine vertice Petrus  
Petrus thessalica veniens ex urbe Rauenna  
Ligna qua gothici tenuere palatia reges  
Pontibus ac lembis soliti transire paludes  
Quaq; viri sedes olim cepere salubris  
Corpora graminea sucti nudare palestra  
Dic varijs passim circum cunabula fuffis  
Flouibus exortū Petrū. iam murmure primo  
Dulci vagitu flentem. polymneia blando  
Excepisse sinu fertur. comitata Mineruam  
Fatidicamq; Themis. ⁊ pictis vestibibus horas  
Irenenq; Dicenq;. ⁊ qua concordia gaudet  
Eunomien. nitidi seruantes atria celi  
Sederunt ⁊ ap̄s infantis in ore tenello  
Non secus ac flauī quondā dulcedine mellis  
Ambrosij ⁊ lati linguam instituere Platouis  
Dinc puer vt creuit tenero studiosus ab euo  
Edidicit cyclicas artes sacramq; poësim  
Cesareas leges sophie de fonte reductas  
Diuinos canonas sanctorum scitaq; patrum  
Quicquid apud veteres Moseus decreuit hebreos  
Precipiente deo. quicquid Lacedemone sanxit  
Exilio mutans natalia tecta lycurgus  
Quicquid apud doctas statuisse feruntur athenas  
Illustrisq; Dracon ⁊ docti musa Solonis  
Omnia que populis dictarunt iura. probati

Pythagore famulus getico secretus in antro  
Pompiliusq; pias pacis conuersus ad artes  
Qui scitelligero regi successit in vte  
Pacificū vt phibent fortis Solomona parētis  
Excepisse locum. 7 templū posuisse tonanti  
Quas Epheso leges sapiens eiectus inique  
Luxuria nullum frangi castumq; ferente  
Intulit in latium. quas sciuit libera Roma  
Regibus exactis. que deniq; iura potentis  
Imperij statuere duces. a Cesare primo  
Ad nostram etatem. docili complexus abunde  
Multa tenet pariter. glossemata mente Rauēnas  
Sceuola nunc sileat. nunc Mutius vnus 7 alter  
Sernius. Atteius. Longinus. Tubro. Crassus.  
Pegasus. Aufidius. Labrones. Sulpitiusq;  
Paulus 7 Atrilius cedant. concedat 7 ille  
A seculo patrios mores spernente tyranno  
Obiectus stricto furibundi militis ensi  
Quem veteres libri merito dixere probantes  
Legalis sophie thesaurum 7 iuris asylum  
Posthac clara suos iactare perissa ciues  
Desinat. ausonie populus nō audeat vllus  
Petro doctrina preponere iuris alumnos  
Petro qui decus est 7 gloria summa Rauenne  
Dic si pandecte legum 7 decreta piorum  
Pontificum veneris perijissent cuncta marito  
Posset ea exacte facili instaurare labore  
Usq; adeo memori mente est. artissq; peritus  
Quā melicus fertur quondam inuenisse poeta  
Tyndaridis charus. collabentisq; triclini  
Thessalici mira subtractus sorte ruine  
Funera quando Scope conuiuariq; sepulchris  
Lum gemitu 7 misero populi tradenda dolore.

Ordinis et numeri fretus ratione notauit  
Qua consummanit Metrodorus Sceptus, ille  
Coniugium clarum penorum nactus in urbe;  
Et mox in ponto regi dilectus abunde  
Regi qui totidem linguas quot regna tenebat  
Qui suis populis viginti iura duobus  
Dixerit. et nullo varias interprete gentes  
Affatus fuerit. palmam tamen esse Rauenne  
Permittit. laudisq; nihil dolet esse relictum  
Orator pyrri. Lucullus. Scipio. Cyrus  
Lum Seneca latro. Theodectes. Carneadesq;  
Maximus Annibalis domitor. Cesarq; benignus  
Et Xerxis victor preclaris natus Athenis  
Exul ab ingrata patria qui fugit ad hostem  
Et qui iam memori recitatu. mente poema  
Reddidit alterius. quod non cognouerat ante  
Nunc minuunt famam. et Petru prestare fatentur  
Dinc ad barbatu iuuenesq; senesq; magistrum  
Undiq; concurrunt. scythicis hic exit ab oris  
Deserit ille breui contentos nocte britanos  
Pars ab aranistis. rhodani pars currit ab ortu  
Conueniunt galli properat germania tota  
Ut docti precepta viri verissima discant  
Sermonesq; pios nec abhorrentes ab honesto  
Accipiant. memori et studiose pectore condant  
O si meonj flueret mihi vena poete  
Et mens phebeto satis inflamata furore  
Pieru in cantu raperetur libera curis  
Temelius canere doctissime Petre Rauenas  
Qui te non solum natum tibi credis at omni  
Humano generi. sophiam qui non modo barba  
Uestibus et lingua profiteris sed pietate  
Equiparas cultos sermones. et facis ipse

Egredie quaecunq; doces. sic itur ad astra  
 Sic emitur celum. tibi candida vita probati  
 Francisci placet illius qui stigmata Christi  
 Retulit in mēbris ⁊ paupertate beatus  
 Qua docuit comites ratione petatur olympus  
 Tecum vna coniunx Lucretia viuit honeste  
 Non illa inferior quā iactat libra Roma  
 Laude pudicitie nō experientis vlysei  
 Coninge smymeī celebrata carmine vatis  
 Viue valeq; diu cultissime Petre Rauennas  
 Inuidia vulgi maior: morsuq; canino  
 Nec Socratis Nephēle famā minuere cicuta  
 Carcere defuncti. nō obstat ineptus Homero  
 Zoilus aut magno rabies Bauiana Maroni  
 Si mibi quid tenui fas est promittere cantu  
 Venturi te meq; legent. seriq; nepotes  
 Abs te conscriptos rapiēnt trans equora libro

¶ Impressum Coloniae in Officina ingentioꝝ  
 libroꝝ Quentell. Anno Christiane religionis  
 Milleſimo quingentesimo nono.

Sit tuo ductu bona plebi

Sit tuo ductu bona fore alimur  
hinc

Sit tuo ductu bona

Hec tu ductu bona plebs tuorum

Org alimur tibi seruitur

hinc tuo afflatus ~~seruitur~~ ~~afflatus~~ ~~ingit~~ ~~seruitur~~  
na laude ~~seruitur~~

Dirige

hinc tuo afflatus

seruitur ~~seruitur~~  
funde puto

~~seruitur~~  
Affluunt

